

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri iesu christi. Temporibus domino Iosfrida dei gratia consul et dux: mense ianuario indictione septima gaieta: et ideo nos iohannes presbyter de rico. Quam et nos iohannes et petrus et stephani de rico patris et filii abitoribus castro argenti. Divina itaque gratia compulsi per dei omnipotentis misericordia. quam et pro redemptionis anime nostre et omnium nostrorum parentum. ab hac die et omnem futurum tempus. cum uno consilio uno tenere. pariterque spontanea nostrae voluntatibus placui vobis dari. donari. et concedere. atque offerire et perpetualiter etiam scribere. In ecclesia tua beatissime michahel archangele. qui situs est in civitate gaieta. ubi nunc rectorem et gubernatorem conspicimus esse domino constantino in dei nomine venerabili abbati: Idem damus et offerimus da die presentis. omnia et in omnibus pertinentie nostre hereditatis de terre. et vineae posite intra traguazano. quantumcumque nobis ibidem pertinet aut pertinentes fuerit da paterna vel da materna substantia seu de nostra comparatione. Similiter damus atque offerimus nos in tuo sacro cenobio sancte michahel archangele omnia et in omnibus ipsa nostra portione de ipse vinee quantumcumque nobis pertinet in territorio de argenti. cum tota et inclita ipsa domui nostra que est posita intus in suprascripto castro argenti. tota preordinata cum aere. tinaccia et ligna quante ibidem intus habet. quomodo nos eam possedimus usque modo taliter nos eas donamus et offerimus. et ipsa suprascripta nostra pertinentia de terris et arbustora. quantum nos habere visi sumus pater et filii in suprascripto loco. guazanu quantum nobis ibidem pertinet aut pertinentes fuerit. da paterna et da materna substantia. vel de comparatione nostra:

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nei tempi del signore **Iosfrida** per grazia di Dio console e duca, nel mese di gennaio, settima indizione, **gaieta**. E dunque io presbitero Giovanni **de rico** nonché noi Giovanni e Pietro e Stefano **de rico**, padre e figli abitanti di castro **argenti**, così spinti dalla grazia divina per misericordia di Dio onnipotente ed anche per la redenzione dell'anima nostra e di tutti i nostri parenti, da questo giorno e per ogni tempo futuro, con una sola uniforme decisione e parimenti di nostra spontanea volontà riteniamo gradito dare, donare e concedere e offrire e anche scrivere in perpetuo alla chiesa tua beatissimo Michele arcangelo che è sita nella città di **gaieta**, dove ora vediamo che è rettore e governatore domino Costantino nel nome di Dio venerabile abate, parimenti diamo e offriamo dal giorno presente tutte e in tutto le cose a noi pertinenti come eredità della terra e della vigna site dentro **traguazano**, quanto a noi ivi appartiene o fosse pertinente da beni paterni o materni o da nostro acquisto. Similmente diamo e offriamo al tuo sacro cenobio santo Michele arcangelo tutta e in tutto la nostra porzione delle vigne quanto a noi appartiene nel territorio di **argenti** con tutta e per intero la casa nostra che è sita entro il sopraddetto castro **argenti**, tutta preordinata con aie, **tinaccia** e legna quante ivi dentro ha come noi la possediamo così noi la doniamo e offriamo, e la stessa suddetta nostra pertinenza di terre e alberato quanto noi padre e figlio risultiamo avere nel soprascritto luogo **guazanu** quanto a noi ivi appartiene o fosse pertinente da beni paterni o materni o da nostro acquisto, cioè lo stesso acquisto nostro da Leone e

Quod est ipsa comparatione nostra da leo domino stephano. que est vinea et terra. et ipsa nostra comparatione da domino campulus filius domino marino bone memorie que est posita da pede montis qui dicitur passignanum. et ipsa quatuor modia de terra de nostra comparatione que sunt posita ad ipsa ecclesia sancto angelo de traguazano. Itaque damus ego iohannes presbyter in tuo sacro cenobio sancte michahel tota et inclita ipsa portione de vinea et terris de rico bone memorie fratri meo quod ego detineri debui et frugiarum vita mea. quod est de quartam partem una quod ei pertinuit da paterna et da materna substantia. et da diem obitus mei debeat retornare ipsa predicta portione de rico fratri meo de vinea et terris. quod illi pertinet et contingit da genitorem et genitricem nostra in potestate de ipsi fratribus meis. vel de eius heredes. et qualiter ego iohannes presbyter tota ipsa portione frugiarum debui de rico fratri meo. taliter detineri: et frugiarum debeatis dierum vite meae. tam vos qui supra domino constantino abbate quam et tuis posteris successores et da diem obitus mei totam et inclitam rebertat in potestatem eiusdem fratribus meis. vel de eius heredes. propter quod tu domine constantine abbas. et tuis posteris et successoribus tuis. nos iohannes presbyter. et nos iohannes et petrus et stephanus pater et filii debetis nos nutriri. vestiri. sicut unum ex fratribus vestris. et nos presentialiter committimus in suprascripto monasterio tuo et ibidem manere. et laborare debeamus omnibus diebus vite nostre: tam intus quam et foris certare potuerimus. et debemus nos ibidem monachi facere. et modo per vobis parigiastis debitum nostrum solidi decem dedentur ad marino patina. habitator predictae civitatis gaieta. Itemque debetis vos domine constantine abbas et tuis posteris successoribus quousque nos accipiamus habitum monachale seminari unum modium de

domino Stefano che è vigna e terra e lo stesso nostro acquisto da domino Campalo, figlio di domino Marino di buona memoria, che è sita presso la base del monte detto **passignanum**, e le stesse quattro moggia di terra del nostro acquisto che sono poste presso la stessa chiesa sant'Angelo di **traguazano**. Pertanto io presbitero Giovanni dò al tuo sacro cenobio di san Michele tutta e per intero la porzione di vigna e di terre di **rico**, fratello mio di buona memoria, che io per tutta la mia vita debbo tenere prendendone i frutti, cioè la quarta parte che a lui appartenne dai beni paterni e materni e dal giorno della mia dipartita deve ritornare la predetta porzione della vigna e delle terre di **rico** fratello mio, che a lui appartiene e tocca dal genitore e dalla genitrice nostra, in potestà dei fratelli miei o dei loro eredi. E come io presbitero Giovanni debbo prendere i frutti di tutta la porzione di **rico** fratello mio, in tal modo dovete tenere prendendone i frutti per tutti i giorni della mia vita, tanto voi suddetto domino Costantino abbate quanto anche i tuoi posteri e successori e dal giorno del mio trapasso tutta e per intero ritorni in potestà dei miei fratelli e dei loro eredi. Poiché tu domino Costantino abbate e i tuoi posteri e successori, a me presbitero Giovanni e a noi Giovanni e Pietro e Stefano, padre e figli, dovete nutrirci e vestire come uno dei vostri frati e noi in presente ci affidiamo al predetto tuo monastero e dobbiamo ivi rimanere e lavorare per tutti i giorni della nostra vita, tanto dentro che fuori potremo **certare**, e noi dobbiamo ivi fare i monaci e ora tramite voi pagate il nostro debito e dieci solidi siano dati a Marino Patina, abitante della predetta città di **gaieta**. Parimenti tu domino Costantino abbate e i tuoi posteri e successori finché noi prendiamo l'abito monacale dovete seminare un moggio di **vitalio** con buoi vostri. Inoltre tutte

vitalio cum vestri bovi Hec autem omnia et in omnibus quod superius diximus. que est de quartam partem una. vestra offertionis in tuo sacro cenobio beatissime michahel. odie concedimus. et offerimus. de nostra portione. et nostra comparatione. de vineis et terris. quam et ipsa portione mea de ipsa ecclesia sancti angeli de traguazano cum omnibus sibi pertinentibus. quam et de ipso omnia quod superius diximus de vineis et terris. de montibus. vallibus. appendicibus silvis rivis parietinis. paludibus. et cultum et incultum sationale et insationale cum vie et semite seu libere et absolute. intrandi et exiendi omni tempore. cum omnibus cum quibus necessum fuerit. omnia quod ibi natum est et nascere visus fuerit. totum damus et concedimus atque offerimus. ut da hodie et semper in tuo monasterio maneat potestate. et decem qui supra domine constantine abbas. et de tuis posteris successoribus. quam et de cuncta vestra congregatione. fratrum ex predicto monasterio. et tribuimus nos vobis licentiam et potestatem habendi. tenendi. fruendi dominandi iure quieto vindicendi. omni tempore. ut hec omnia nostra. offertione in suprascripto monasterio maneat. Et neque a nos iohannes presbyter. quam et nos iohannes. et petrus et stephanus. pater et filii. neque a nostris heredibus. neque a nullius cuiuscumque persona magna vel parva. numquam querelam neque calumpniam sustinebitis bos qui supra domine constantine abbas neque tuis posteris successoribus in sempiternum. Verum quod absit et avertat divina potentia quod sive nos vel nostris heredibus. aut qualiscumque persona magna vel parva. contra hanc nostram offertionem et concessionem quod superius legitur contrarie aliquod facere voluerimus non itaque valeat adimpleri quod reppetit. set habeat anathema mara thama (1). et portionem habeat cum illo impio iuda traditor domini nostri ihesu

**vitalio** con buoi vostri. Inoltre tutte queste cose e in tutto ciò che sopra abbiamo detto, che é una parte di quattro, come offerta per voi al tuo sacro cenobio beatissimo Michele, oggi concediamo e offriamo della nostra porzione e del nostro acquisto di vigne e terre nonché la porzione mia della chiesa di sant'Angelo di **traguazano** con tutte le cose ad essa pertinenti, nonché di tutto lo stesso che sopra abbiamo detto, di vigne e terre, monti, valli, pertinenze, boschi, fiumi, ruderi, paludi, e terreno coltivato e non coltivato, che si può seminare e che non si può seminare, con le vie e i sentieri di entrare ed uscire liberamente e senza vincoli in ogni tempo, con tutte le cose che fossero necessarie, tutte le cose che ivi sono nate e risultassero nascere, tutto diamo e concediamo e offriamo affinché da oggi e sempre al tuo monasterio rimanga il possesso e cioè a te suddetto domino Costantino abbate e ai tuoi posteri e successori nonché a tutta la vostra congregazione di frati del predetto monastero e noi diamo a voi la licenza e la potestà di avere, tenere, prenderne im frutti, di possedere con diritto incontestato e di difendervi in ogni tempo affinché tutte queste cose da noi offerte rimangano al soprascritto monastero. E né da me presbitero Giovanni nonché da noi Giovanni e Pietro e Stefano, padre e figli, né dai nostri eredi né da alcuna persona, grande o piccola, giammai sopportiate accusa né calunnia voi suddetto domino Costantino abbate né i tui posteri e successori per sempre. Invero, che non accada e che il Potere Divino non lo permetta, che se noi o i nostri eredi o qualsiasi persona grande o piccola volessimo fare qualcosa contro questa nostra offerta e concessione, come sopra si legge, non così possa compiere ciò che desidera, ma abbia anatema e maledizione e condivida la sorte con quell'empio Giuda traditore del Signore

<p>christi . . . . . existat eadem illa persona in suprascripto monasterio pene nomine auri purissimi libra una. et post soluta pena hec nostra offertione. et concessione qualiter superius legitur firma permaneat imperpetuum. scribendum rogavimus a marino diacono et notario suprascripte civitatis in mense et indictione suprascripta ✕ Signum manus iohannes presbyter qui scribere rogavit.</p> <p>✕ Signum manum iohannes et petrus et stephanus qui scribere rogaverunt</p> <p>✕ ego docibili filio domini iohannis</p> <p>✕ ego marinus filio domino marinu pedeacea</p> <p>✕ ego . . . . . filio domini costantini scannati</p> <p>✕ ego . . . . . domini docibile lanciaco</p> <p>✕ ego marinus diaconus et notarius scripsi</p> <p style="text-align: center;">Exempla</p>	<p>nostro Gesù Cristo <i>e qualora</i> esistesse, quella stessa persona al soprascritto monastero a titolo di pena <i>paghi come ammenda</i> una libbra di oro purissimo e dopo aver assolta la pena questa nostra offerta e concessione quale sopra si legge rimanga ferma in perpetuo, la quale chiedemmo di scrivere a Marino, diacono e notaio della soprascritta città, nel mese e nell'indizione suddetti. ✕ Segno della mano del presbitero Giovanni a cui chiesi di scrivere.</p> <p>✕ Segno della mano di Giovanni e Pietro e Stefano che chiesero di scrivere.</p> <p>✕ Io <b>docibili</b>, figlio di domino Giovanni.</p> <p>✕ Io Marino, figlio di domino Marino <b>pedeacea</b>.</p> <p>✕ Io . . . . . , figlio di domino Costantino Scannato.</p> <p>✕ Io . . . . . , <i>figlio</i> di domino <b>docibile lanciaco</b>.</p> <p>✕ Io Marino, diacono e notaio, scrissi.</p> <p style="text-align: center;">Copia</p>
--	---

(1) Marathama ac rectius Maran-atha duabus Syricis vocibus conflatur, Maran et Atha, quae hanc sibi vindicant significationem *usque in adventum domini*. Huiusmodi vocis mentio habetur apud Ap. (*ad. Cor. I. c. 16., v. 22*) ubi dicitur: *Si quis non amat Dominum nostrum J. C. sit anathema Maran Atha*: quae quidem verba sic explanat Divus Augustinus (*Epist. 178.: Anathema graeco sermone dixit condemnatum, Maran Atha definivit donec Dominus veniat*. Nec diversa quidem notione vocabulum hoc acceptum fuit a PP. Toletani Concilii IV. can. LXXV.: *Qui contra hanc nostram definitionem venire praesumpserit, Maran Atha, hoc est perditio in adventum Domini sit, et cum Juda Scarioth partem habeat, et ipsi et socii eorum. Amen. Harduinus Acta Conc. Tom. III.* Haec autem vox in privilegio quod Complutensi Monasterio Chindasvinthus Wisigotorum Rex concessit, ad significandam tum temporalem tum aeternum perditionem usurpatur, sicut ex ipsius privilegii verbis, quae Mabillonius in medium attulit, luculentissime elicitur: *Sit anathema, Maran Atha, id est duplici perditione damnatus, ut etiam de hoc saeculo sicut Dathan et Abiron visus terrae continuo absorbeatur lacu, et tartareas poenas cum Iuda Christi proditore perenni perferat cruciatu.* ec.ec. (*De Re Dipl. lib. 2 c. VIII.*). Ex his quae nuper de voce Maran Atha delibavimus, heic pro re nata animadvertamus oportet huiusmodi vocabulum aeternae damnationis comminationi denotandae fere semper fuisse mancipatum, atque hac quidem notione in praesenti nostra membrana occurrere. Cum enim in ipsa dicatur concessionis violatorem *habere anathema marathama*, ad comminationem ipsam clarius significandam adiicitur: *et portionem habeat cum illo impio Iuda traditore Domini nostri Iesu Christi*.